

aliorum doctorum suffragio decreta & cōmissa est
& summa & caput. Hunc autem, quia reliquam mul-
titudinem in Astrorum scientia facile superare uide-
tur, non contemnendo stipendio prælegendis Ma-
thematicis disciplinis præfecerunt. Edocti enim ui-
ri optimi iam longa experiētia rerum, uident quòd
quibus non est incognitus motus ille communis cœ-
li, eos compendio peruenire posse in cognitionem
Theoricæ planetarum, quos quidem à Sole & Lu-
na maximè uires & operationes suas accipere fate-
mur. Porrò has tabulas, quæ utiles utiq; sunt Scho-
lis publicè, & iucundæ priuatim res cœlestes tra-
ctantibus, sub uestro P. C. potissimum nomine pu-
blicandas putauì, tum quòd ad huius uestre ur-
bis meridionalem sunt confectæ, tum quòd sicut in
Germania regiones multæ, suas maximè merces ex
hisce uestre urbis pomerijs, in sua inferunt mœ-
nia, ita ex hoc uestre urbis meridionali circulo, su-
um quæq; elicere potest. Valete, unà cum florentissi-
ma repub. uestra, diu fœlices. Ex urbe uestra No-
rica viij. Kalend. Septembris, Anno salutiferi par-
tus M. D. XXXVI.

iiij